

**Dissertatio inauguralis medica, de natura morborum medicatrice ... /
[Johann Friedrich Keysler].**

Contributors

Keysler, Johann Friedrich.
Alberti, Michael, 1682-1757.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeburgicae : Typis Joh. Christiani Hendelii, [1729]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gpq6uf74>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

31091/P

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

NATURA MOR- BORUM MEDICATRICE,

Quam,,

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CON-
SILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD.
NAT. CUR. COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.

DN. DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSVENTIS,

ANNO MDCCXXIX. D. AUGUST.

Publicè ac placiðe eruditorum ventilationi subjiciet

RESPONDENS

JOH. FRIDERICUS KEYSLER,

THURNAV. FRANCUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.





PROOEMIUM.



Venerandæ antiquitatis meditationes, adserta & inventa haud promiscue & ludicre contemni & rejici debent; multa enim egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt, suspiciendi tamen sunt, dixit Seneca Ep. 64. quo loco sapiens hic Philosophus etiam profitetur: Si etiam omnia a veteribus inventa essent, hoc semper novum erit, usus & inventorum ab aliis scientia & dispositio: hinc illis, quibus veterum inventa & adserta cognita sunt, facile innotescit, quam saepe recentiores dogmata quædam novis quidem & splendidis verborum ornamenti ac curiositatum lenociniis proferant, rem ipsam vero sive adsertum ab antiquitate hauserant, sibique ludicre & infrunite tribuerant: quam ob rem etiam accidit, ut veterum veritates variis contumeliis affligantur, novaque quædam commenta eximiis elogiis

is declamentur & extollantur: Notatu itaque dignum est Plinii effatum in *Præf. ad Vespasianum*: *Res sane ardua est, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero Naturam & Naturæ sua omnia:* Quare antiquitati promerita manet laus & commendatio, quæ glaciem in multis arduis scrutationibus fregit, imo aliquando nonnullis suis erroneis meditationibus, opus ita allevavit, ut posteritas ad firmiores certitudines pertingere potuerit: huc itaque quadrant *Bartholini verba Cent. 3. Ep. 50. p. 209.* *Plura in antiquorum scriptis latent, quæ negliguntur, quia a paucis veteres leguntur, quod dolendum, quippe multi hoc seculo curiosi esse volunt, rerum novarum cupidi, paucieruditii:* Et sane durum ac temerarium est judicium, quod profert *Tschirnhausen in der Anleitung zur Mathesi und Physica p. 30.* ubi pro salvanda theoria mechanica hisce utitur verbis: *Wann in allen dergleichen Büchern, (videlicet novis mechanicis) pura figurae vorhanden, so wären sie dannoch viel nützlicher zu lesen, als alle der Alten ihre Gedanken circa res naturales.* Et quamvis sub accremento temporum scientiæ, observaciones & experimenta eximia fecerint incrementa, majoris tamen considerationis & existimationis veteres esse reputo, qui aut prima initia, aut prima incrementa veritatum fecerunt & jecerunt, quibus vestigiis posteriores facilius insistere potuerant: accedit etiam, quod veteres non præconcepitis opinionibus in multis argumentis obruti & obcoecati, sed simplici ac sincero ordine & modo subiecta & objecta scientiæ huma-

humanæ contemplati fuerint; dum vicissim hodier-
nis ævis nova, curiosa, speciosa, jucunda & externos
præcipue sensus, aut phantasiam etiam delectantia &
delinientia sæpe desiderantur: inde sæpe observatur
quanto fastu & quali arrogantia & ostentatione nova
inventa declamentur & quam altis superciliis anti-
quorum dogmata quidam interdum intueantur, aut
plane contemptui habeant: interea in utroque pec-
cant & illi qui antiquioribus omnia & qui iisdem nihil
tribuunt, sicut v. g. Bernhardus Langwedelius in defensio-
ne Hippocratis, nimium hunc Senein extollit, Georg.
Frider. Laurentius vero contra illum in exercitationibus
suis nimium Hippocratem rejicit. Inter alias medi-
tationes, antiquioribus Philosophis & Medicis usita-
tas, celebris est doctrina de *Natura*, quæ multis valde
intricata, spinosa, difficilis variisque contradic-
tionibus exposita esse videtur: interim in scrutinio Na-
turæ multi assidui & operosi fuerunt, siquidem effe-
ctus, producta & phænomena Naturæ plurimorum
oculos & mentes in se alliciunt, ut propterea Plinius
elocutus sit, quod *in contemplatione naturæ, nil super-*
vacuum videri possit: Lib. 29. c. 4. & Galenus de us. part.
Lib. 15. c. 6. exclamavit, *omnia naturæ opera sunt admiran-*
da. Propterea in Naturæ opera antiquissimi Philo-
sophi & Medici multa animi adplicatione scrutati sunt:
Quoniam etiam Naturæ Regnum vastissimum & lo-
cupletissimum est, ita haud unius vitæ labor est sin-
gula rimari, aut tantum superficiales quasdam dis-
quisitiones illorum objectorum & subjectorum insti-
tuere: Et dum Medicus seorsim Naturæ Minister nomi-
natur,

natur, ita præcipuum illius officium est, ut Hominis Naturam rite cognoscat & perite tractet, imo ex reliquo amplissimo Naturæ campo universalí conferat, ordinet & applicet, quæ ad Naturæ humanæ usum & emolumentum pertinent: etenim tanta inter Macrocosmum & Microcosmum est Harmonia, ut varia subsidia & remedia, Naturæ humanæ proficua, ex reliquo universalí naturæ thesauro proveniant: Si itaque in cognitione Naturæ humanæ Medicus dubius est, tunc varia inde connexa damna proveniunt: Proinde in foro medico magna sæpe & mirabilia prædicta & effata de Natura humana circumferuntur, ut propterea consultum sit judiciose circumspicere, quænam realia & vera talia sint attributa & cui nam causæ eadem competant, ne vel frivole de non ente quædam prædicentur, neque prædicata quædam in congruis causis adscribantur, neque causæ quædam ex cogitentur, quæ in existentia rerum haud deprehenduntur, neque denique secundariæ & instrumentales pro principalibus & activis declarentur causis, quales tamen tantis elogiis & prædicatis dignæ esse haud possunt: hinc ne in ipso vero sensu & notatione nominali & reali Naturæ Medicus aberret, necesse est, ut in hoc Scrutinio certitudinem assequatur, neque fluctuantibus & infirmis opinionibus se quaquaver sum abripi patiatur; qui enim in fundamentali quædam scientia ambigit aut errat, ille in reliquis demonstrationibus cespitat ac infelices facit progressus: Subridet quidem sciola quædam & nimis curiosa Philosophia, sibit tantum sapiens, talia Naturæ prædicata eadem-

demque cum lerido fastu & affectata arrogantia Veterum adscribit ignorantiae: ast in observationibus & notatu dignis effectibus veterum candor, fides, industria & attentio superat sane curiosa & speciosa talia somnia & judicia; quare in arduis quibusdam phænomenis curiosa talia ingenia altisonas suas meditaciones deserunt & in castra Naturæ confugiunt: id quod diserte demonstravit *D. D. Praeses in Progr. de Natura quatenus idolo & asylo Ignorantiae in Medicina:* Inter alia talia notatu digna & in Medicina adhuc multis abscondita ac perversis interpretationibus diversisque obloctionibus obnoxia prædicata de Natura illud occurrit, quod NATURA MORBORUM MEDICATRIX appelletur; quod adsertum in quantum verum, certum, evidens & rationi plus, quam alia explicatione consentaneum est, præsenti Inaugurali dissertatione demonstrabimus: Cui proposito ut Deus annuat, idque gratia sua comitetur, est quod in primo accessu flagitamus.

§. I.

Naturam morborum medicatricem esse, non modo plurimi profitentur medici, sed ex illorum ore & testimonio plurimi reliqui docti & indocti confitentur: unde multæ aliæ formulæ conexæ innoutuere, quæ naturam, utpote bonum corporis humani Archistarum concelebrant; quid vero hoc testimonium inferat, necesse erit mox in primo accessu significare & illustrare ne in titulo obscuritas aut ambiguitas fluctuet: Quod multi homines sine medico &

arti-

artificiosa methodo sanentur, non modo ex *Hippocratis* effato & observatione constat, sed & variis occasionibus satis *perspicue* & *solide* demonstratum & confirmatum fuit: unde vero hæc *spontanea* sanatio *naturaliter* proveniat & *quænam* causa *læsum*, destruetum & *ex parte violarum* corpus restituere & *redintegrare* possit, justa inquiritur sollicitudine; hæc itaque causa vocatur *Natura*, quæ quia morbum *subjugat*, expellit, Sanitatemque *restituit*, appellatur morborum *medicatrix*: hoc effato varia de eadem *implicite* prædicantur, quod videlicet causa existat vera & *realis*, neque *imaginaria* & *supposita*; quod *potestatem* habeat in *corpus* humanum, quod hujus statum *sanitatis* & *integritatis* agnoscat & *cognitum* habeat, quod *differentiam morbos* status a *sano* statu intelligat, quod *viribus* prædita sit *congruis* mediis & efficacibus modis alterato & *læso* corpori subveniendi ac *opem* ferendi, quod *extraordinaria* methodo hanc *medelam* largiatur, morbum *avertat* & sanitatem restituat: singula hæc attributa agnoverunt *veteres* in *natura*, siquidem *naturalis*, plana, simplex, vera & sincera hæc est declaratio de *natura*, libera ab omni *præjudicio*, figmento & falso *supposito*: quemadmodum contra, cum *sobria* ratione nunquam congruit, quod *corpus*, *morbo* oppressum, adeoque *læsum*, morbos aut a *morbi efficacia* provenientibus *motibus* & *consecutionibus*, *propriam* suam afflictionem ex & per se ita tractare & immutare queat, ut ex *accidenti* sanitas & restitutio inde proveniat; siquidem in *universa* rerum *natura* & in *nullis artefactis Parallelismus* occurrit, ubi perversus, alteratus & *læsus modus* & *motus* nihilominus tam *sæpe* & quotiescumque in *simili* pro-

processu contingit, *semper sanitatem conciliat*, ubi ipse ille processus certum *ordinem* & successum servat, qui *nulla ratione* ab efficacia *læsi corporis* derivari potest: in qua animadversione etiam *æquo judicio* pensandum est, an *refugium* illud *solidam vim probandi* contineat, quod Deus (contra reliquum *universalem ordinem*, dum *nulum simile exemplum* constat) humano corpori *banc facultatem* largitus sit, qua *læsiones suas curare & reparare queat*: neque etiam propterea *præcipitato judicio* concludendum est, quod, si *natura*, utpote *singularis & a corpore discreta causa*, morbis *mederi queat*, eadem *omnes* morbos in *omni casu* curare debeat; quale judicium interdum resonat, quando forte *judex nullum favorem* pro tali *natura* gerit, adeoque *plus* de eadem postulat, ac *altera corpori*, juxta *hypothesin*, a *Deo concessa facultas*, *præstare haud potest*: ne itaque *Naturæ notio* in nudo *sono & otiosa voce* consistat, magno studio & posthabito omni *præjudicio* perspicua, rationali & *naturali* demonstratione indicandum & confirmandum est, an *quædam causa* *hoc nomine* digna sit & *de quanam causa* mereatur prædicari, quod sit *talis medicatrix Natura*: quoniam itaque tractatio de *Natura*, valde *controversa* est, ita præsentem disquisitionem in *thesi & hypotesi*, haud vero multum in antithesi instituemus, ne filum transgrediamur, neve in nimis longum campum desiliamus.

§. II.

Quod *Natura morbis medeatur*, plurimi consentiunt, dum *attenti observatores* ab *otiosis speculationibus*, *infructuosis curiositatibus*, *perniciosis præjudiciis*, *vanis suppositionibus* & *lepidis assimilationibus* liberi, ex *innumeris*

ris effectibus, hanc veritatem agnoscunt, ita ut vix necesse sit multa suffragia & testimonio, hanc veritatem concernentia, conquirere & proferre: sufficerit tamen aliqua notatu digna illorum proposuisse: antesignanus hujus observationis est *Hippocrates*, qui *Lib. VI. Epidem. Sect. 5. 1. 1.* testatur, quod *Naturae morborum* sint *medici*: & *Lib. de arte* *§. 20. text. 1. 2. 3.* profitetur: *Natura corporum malum sentiens*, mederi magnopere gestit, considerans tamen ne temeritate magis quam consilio & ut facultate magis, quam violentia medeatur: in quo loco naturam sentientem & considerantem, (quæ de corpore hujusque affectionibus prædicari haud possunt,) intelligit: *§. 22. text. 1.* differit: *natura stimulata & impulsa artis peritis*, quæ facienda sunt, demonstrat: *Lib. 1. de Diæta* loquitur: *ars medica ab eo quod molestum est liberat & id ex quo quis ægrotat auferendo, sanitatem reddit*; *idem & natura per se facere novit*: Cum ejusmodi effato consentit aliquo modo, quod *Thonerus Lib. 1. obs. 19. p. 35.* confitetur, quod *natura aliquando operetur*, quæ *medicus sibi arrogat*: ita etiam *Bartholinus Act. Haffn. Vol. 3. obs. 1. p. 2.* judicat: *Natura quippe in junioribus vegeta, amoliri a se conatur, quicquid corpori vel inutile vel noxium*. *Galenus generali quodam effatu inclaruit*, quando in *Lib. num ars tuendæ sanitatis ad medicinam spectet &c. cap. 26.* dicit: *natura in omnibus auxiliatur*: audiendus etiam est, *Langius in Miscellan. curios. XXXIV. §. 5. p. 87.* *Venerandæ Medicinæ Parentibus*, inter quos tanquam *Antesignanum laudamus Magnum Hippocratem*, jam olim consperissimum fuit: *Naturam esse ægritudinum gratiosam curatricem*, quod ipsum ut certissimo stat tali (*natura enim*

non cooperante Medicus cuncta incassum molitur & medecamina ut ut Heroicam virtutem obtinentia, frustanee sollicitudine, tam meditatur, quam porrigit) ita contrarium eodem certitudinis fundamento stabiliri posse non desperamus, eandem quoque naturam morborum existere effetricem (quod ultimum D. D. Praeses fusius demonstravit, in disp. de Morborum Salubritate) & §. 58. repetit: supra ediximus bono fine Naturam morbos parere & acerrimam contra vitiosos humores luctam instituere, ut eosdem expugnare ac removere sic possit: ex eadem cognitione Sydenhamius Se&t. 1. cap. 1. exorditur: *Morbus, quantumlibet ejus causæ humano corpori adversentur, nihil aliud est quam naturæ conamen, materiæ morbificæ exterminationem in ægri salutem omni ope molientis:* Et quæ non elogia de hac natura medicatrice profert. *Casp. Rejes. Camp. Elys. juc. quæst. 92. n. 10. 11.* quamvis hæ admirandæ prædictarum rerum a corpore expulsiones toties observatæ sint, merito tamen tantum naturæ artificium mirari decet, quo ipsa in illarum expulsione utitur: jure enim dicebat Hipp. in Lib. de Lege & de decenti ornatu: *naturam quandoque mirabilia operari: Siquidem arcano operandi modo incredibilia sæpius exsequitur, dum in nostram utilitatem quod optimum est intendit, evigilat, ac nil non artificiose molitur & ex his, quæ fieri possunt semper meliora quærat,* ut Lib. de cœlo & 8. physic. text. 15. scribit Aristoteles &c. quo cum aliquatenus consentit Hæchstetterus qui decad. 8. cas. 7. p. 221. scribit: *Multa sibi natura reservavit, quæ suos ministellos adhuc celavit:* hinc juxta Galenum Medici nominantur Naturæ ministri: conf. Wedelii obs. in A. N. C. Dec. 2. an. 6. obs. 214. quam inferuit suis exercitationibus Philolog. Med.

Dec. 5. exerc. 9. Seorsim vero Smetius in *Miscellan.* Lib. 7. ep. 1. 2. & Wedelius in *Exercitat. Medico-Philologicis Decad.* V. exercit. 10. *Naturam Morborum medicam* deprædicant: *huc spectat posterioris authoris disp. de naturæ humanæ vi medica:* quare idem author in loc. ante cit. p. 53. dicit: *Medicus ubique Magistrum hanc sequitur, fert suppetias & juvat pro humani ingenii viribus: manet enim minister naturæ medicus etiam jacentis, non patronus, nec herus, secus ac Helmontio visum est lib. ignot. hosp. morb.* t. 90. quare *Naturam,* (præcipue si legitime functiones suas perficit) *in opere suo turbandam baud esse A. N. C.* Dec. 3. an. 9. obs. 65. præcipiunt: & si de *Natura Slevogt in Progr. de Natura sanitatis destruētrice* differit, hoc prædicto erroneous ejus operationes præcipue respicit: quare merito cum *Schellhamero Naturæ Vindicias amplectimur.*

§. III.

Præter hæc testimonia multa alia *consentientia* suffragia in medium proferre possemus; hinc infrunitæ *temeritatis symbolum* esset, si *singulorum effata profabulis aut præjudiciis declarare velimus,* qui tamen attento animo *effectus & opera,* quæ *naturæ* adscribuntur, annotarunt, insuperque perhibuerunt, quod eadem haud *fotuit,* neque a viribus *materiæ,* multo minus a *causa morbi & læso corpore,* sed potius ab *eminentiori causa,* quæ *natura* appellari meretur & suevit, dependeant; hinc Galenus & ex eodem Sinibaldus Geneantbr. Lib. 1. tr. 3. c. 9. p. 75. dicunt, quod *opus naturæ,* sit *opus intelligentiæ:* quam ob rem Bobnius in *tr. de offic. Med. dupl.* p. 249. *naturam medicamentis non turbandam esse suadet,* quando dicit:

cit: maneat regula illi, qui salutem ægrotantis cupit, ut sine medicamentis æque eum commode ac cum iis, quæ evidenter movent atque alterant, curet; tum ut sumptibus parcat, tum ne naturæ conatus interpellet eamque debilitet: hinc naturæ opera prudenter observantes, præservantur a præjudiciis & figmentis & prudenter discernere discunt, quid a corpore, quidve a natura proveniat: quare in santicis & admirandis operationibus, naturæ optimus medicus, natura benigna, provida &c. declaratur, quando aliæ causæ ad celebrium talium effectuum explicationem neque quadrant, neque sufficiunt: id quod plenius demonstravit *Dn. D. Præses in Progr. de Natura*, quatenus a sylo & idolo in Medicina: ubi satis diserte explicatum & confirmatum prostat, quomodo acres & morosi naturæ adversarii sæpe in ipfa naturæ castra confugiunt, ejusque protectorium quærunt: quæ singulæ circumstantiæ medicatricem naturæ virtutem comprobare adjuvant: (*conf. Ballonius Epid. p. 175.* ubi naturam sæpe morborum medicum commendat) siquidem multi sponteis naturæ operationibus multum tribuunt, insuperque sollicite dehortantur, ne eadem impedianter; quo tendit effatum *Zac. Lusitani in Med. Princ. Histor. Lib. 1. histor. 64. p. 113.* præstat aliquando solam relinquere naturam, quam imprudenter eam adjuvare, ne dicam impedire ac perturbare: Si itaque *Natura* morbis medetur, tunc actio hæc est propter finem, videlicet subjugandi causam morbi, tempestive avertendi mortiferam corruptionem & restituendi sanitatem: actio vero propter finem est rationalis modificatio, aut moralis motuum direccio, hinc *natura* propter finem agit, quod *Aristoteles Lib. 2. phys. confessus* est, (*conf. Sinibaldus l. c. Lib. 5. tr. 1. c. 2.*

*p. 581.) insuperque Lib. i. de cælo elocutus, quod natura rationaliter operetur, unde morborum curationes, prout frequenter spontaneæ inclarescunt, haud ex accidenti contingunt, nam quod per accidens fit, a natura haud est dixit Zaccias in quæst. medic. legal. lib. i. tit. 2. qu. 1. no. 30. qui itaque ejusmodi solennia documenta naturæ solerter annotant, non opus habent suppositis & fictionibus sed potius Naturæ studium præservat a fictionibus, conf. Act. Berol. Decad. 2. Vol. 2. p. 56. 57. Neque proinde talia celebria naturæ opera occulta esse possunt, sed multi liberali nutu consentiunt, Naturam esse morborum medicatricem, quid quod hanc Hippocratis observationem extollunt explicantque, in eo tantum ambigunt differuntque, quid per Naturam intelligere debeant, unde diversi ejus significatus eminent, ubi *judicio* in indaganda veritate opus est, an *prædicata*, *opera* & *encomia* congruant cum *subjecto*, an hæc vel alia causa possit agere *propter finem*, an possit causæ *morbificæ oppositas*, convenientes tamen, mutationes & operationes invenire & applicare, an *læsum* corpus *sanare* valeat: in qua meditatione crinomenon hæret, unde postea *vera* aut *falsa* adsertio dijudicanda sit.*

§. IV.

Antequam vero *evidentibus* documentis demonstre-
mus & *confirmemus*, quod Natura sit morborum medica-
trix, necesse prius ducimus, ut *verum* Naturæ sensum in-
dicemus & probemus *quænam* Natura sit, in corpore hu-
mano *vitalia* aliaque *corporis* emolumento *quadrantia* of-
ficia administrans: haud vero volupe est, diversos *alios*
naturæ significatus refellere, siquidem quilibet sententiæ
& cognitionis suæ *certus* sit, neque in rem *alienam* aut

lites

lites *inanes speciali modo nos immiscere volumus: nostra*
tantum præcipue agere laborabimus, nostramque sententiam
de Natura demonstrabimus, quam amplectatur, cui placuerit,
cui vero minus, illi haud nostra obtrudimus; sufficerit plu-
rimorum assensu in hac meditatione gaudere; in hac disqui-
sitione mox reminiscimur Job. Rayi sententiae de Natura,
qua in tr. Gloria Dei, aut Sapientia Dei in operibus crea-
tionis, tam in Lib. i. c. 7. quam in multis locis per Naturam
causam intelligentem certa corpora moventem, agnoscit &
defendit, conf. etiam Act. Er. Lips. An. 1692. Mens. Febr. p. 77.
ubi hæc Rayi sententia allegatur vid. Sturmius in disp. de
Naturæ agentis idolo cap. 2. §. 9. Ita etiam Anaxagoras a-
nimam fontem omnis motus esse adseveravit: In Concilio
Lateranensi tertio, sessione octava sub Leone decimo, & in
Viennensi sub Clemente Quinto: anima pro natura decla-
rata fuit: Commentatores Conimbricenses in Lib. 2. Phys. A-
ristot. cap. i. qu. 4. p. 268. 269. dicunt animam intellectualem
esse naturam conf. Dn. D. Præsidis tr. de Anima Hominis,
Brutorum & Plantarum, nec non Programmata de falso
Sensu Medico Naturæ corporeæ Hippocratico & de Vero
Sensu Medico Naturæ incorporeæ Hippocratico: Spectant
huc quadam tenus verba Slevogtii in diss. de natura solerte
sanitatis conservatrice thes. 4. Natura corporis humani
quicquid agit, illud ope partium fluidarum & solidarum
earumque motu perficit; sed quoniam partes illæ saltim in-
strumenti vices gerunt, non commode mechanismus solus
natura dicitur: desideratur enim hic semper aliquod princi-
pium, quod stupenda illius machinæ ex multis organis com-
positæ, motus & operationes intendat, continuet & ad fi-
nem suum dirigat, quale si recesserimus ab anima, commi-
nisci

*nisci arduum videtur: commendamus etiam hoc loco scripta controversa de Natura Schellhameri, de Naturæ vindicata & vindicatæ vindictione, nec non Sturmii de Natura sibi incassum vindicata: Quod si etiam antiquissimorum Philosophorum & Medicorum prædicata Naturæ conciliaverimus, tunc facile judicare licet, quod eadem Natura juxta illorum sensum dignius subjectum, quam quidem *corpus* hujusque qualitates sunt, constitutæ; propterea tamen veneranda illa antiquitas non ignorantiae & stupiditatis arguenda est, quia in titulo de *natura* non secundum *subtilem* & *curiosam* philosophiam senserat: quale judicium nimis *fastuosum*, portentosum, imo manifestum *præjudicium* esset: nam in multis casibus satis aperatum est, quomodo summi naturæ *adversarii* nihilominus *similibus* encomiis naturam *concelebrent*, ac quidem *veteres* sueverant, dum naturam *benignam*, *providam*, *sapientem*, *ludentem* &c. &c. nominant; unde facile inclarescit, quam instabile, *contradictorium*, incertum & subinde fallax saepe de natura judicium feratur: neque quidem ea propter Hippocratis effatum in *Lib. de Loc. in hom. s. i. text. i.* quod *natura corporis principium sermonis in arte medica sit*, testatur quod *natura corporea*, aut *affectionis* essentialis *corporis* sit, sed potius dicterium illud *tantum* infert, quod in arte medica *principale* studium versetur circa cognitionem *naturæ humanæ*, i. e. *naturæ commercium* suum cum *corpore*, quod inhabitat, tenentis; hinc multi medici quando *anthropologiam medicam a primordiis tractare* suscipiunt, illam aliquando titulo de *natura humana* exornare & designare solent.*

Natura itaque vi suæ notationis *nominalis* etiam *realis* significatum complectitur & nihil aliud denotat, quam causam s. principium *nativitatis*, aut generationis: quicquid itaque *naturali* generatione formatur & producitur, id in *ordine naturali* ab hoc principio originem suam caput, quod *natura* vocatur: quæ dum corpus e *primis suis* rudimentis producit, *formose* fabricat & affabre figurat & struit, adeoque *dignorem* & *nobiliorem* tales administrum perpetrat, sane reliquum *inferiorem* actum *augmentationis*, *confirmationis*, *conservationis* & *reparationis* administrare potest; adeo, ut quoad *singulas* has operaciones hoc principium motus *Natura* appellari mereatur; hinc a plurimis medicis etiam *principium vitale* nuncupatur, a quo *originaliter* in processu *naturali* *vita animalis*, sive *naturalis* provenit: & hic etiam est *ordo a Deo sanctus* & constitutus, dum videlicet *principium vitale* *Creator*, corpori e *pulvere de terra facto* *inspiravit*, quod nominavit *animam* & sic *factus est homo in animam viventem*. *Genes. 2. v. 7.* ab hac *anima* itaque corpus *vita naturali* instructum fuit; *conf. 1 Cor. XV. 4. 5.* huc pertinet locus *parallelus* notatu dignus *4. Esdr. III. 5.* *Tu dedisti Adamo corpus mortuum, (juxta alios inanimum, i. e. nondum anima praeditum) nam ipsum quoque figmentum manuum tuarum est, eique spiritum vitarum insufflasses & factus est vivus coram te:* Ita cum Sacra Scriptura exakte congruit, quod ordine *primum* formatum fuerit *corpus*, quoad omnia requisita perfectum, adeoque omnibus *instrumentalibus* qualitatibus praeditum, quod tamen fuit *motu adhuc & vita* destitutum; *vita vero non corpori, sed animæ*

primum attributa & ab hac *anima* dein corpus *vita naturali* instructum fuit: illa anima non fuit *materialis*, aut corporea, sed talis, cui etiam vita *spiritualis* tribui potuit: causa vero corporeæ talis actus & processus *spiritualis* aut *incorporeus* adscribi haud potest, nam illa anima, de qua prædicatur *vita corporis* sive *animalis* aut *naturalis*, etiam *eadem* & non alia est, cui tribuitur vita *cœlestis* ac *spiritualis*, quæ est *anima hominis rationalis*: quare illi qui principium vitale *corporeum*, aut de corporum *affectione* proxime participans, aut inde proveniens adstruunt, aperte *contra ordinem Dei* judicant & sui intellectus opiniones huic sancto ordini *preferunt*, quem propterea *violant*, nec in veritate ambulant: quare *Vinarienses* commentatores & cum illis *Tossanus* in locum *Genes. 2. v. 7.* commentantur, Gott hat dem Menschen durch sein Einblasen, eine lebens-Dige vernünftige Seele gegeben, von welcher der Leib, der zuvor aus der Erden bereitet war, Leben, Odem, Regung und Bewegung empfangen: audiamus *B. Lutherum* in *Magnificat. Tom. I. Altenb. fol. 758. a. b.* Die Seele ist eben derselbe Geist nach der Natur (den er vorher das höchste und edelste Theil des Menschen genannt,) aber doch in einen andern Werck, nemlich in dem, als er den Leib lebendig macht, und durch ihn wircket, und wird oft in der Schrift vor das Leben genommen: Dann der Geist mag wohl ohne den Leib leben, aber der Leib lebet nicht ohne dem Geist. De hac anima rationali dicit: *B. Spenerus Evangel. Sonnt. Andacht. Part. 3. Oster-Dienstag p. 449.* Die Quelle des natürlichen Lebens ist die Seele p. 450. Das natürliche Leben ist eine Kraft des Menschen, welche von der Seele entspringt. *Domin. XV. Trinit. p. 614.* Der Leib muss von der Seele sein Leben und Bewegung empfangen. *conf. Epistol. Sonnt. And. domin. XV. Trinit. p. 183.* & porro in der Lauterkeit des Evang. Christenthums

thumis Tom. II. *Festo Visit. Mariæ* p. 329. Der Geist mag ohne den Leib leben, aber der Leib lebt nicht ohne den Geist; conf. *Concion. Funebr. Pars. III. Conc. 9.* p. 273. 274. Die Seele erhält dem Menschen das Leben *Pars V. Conc. I.* p. 14. Die Seele macht den Leib so lebendig, daß sie sein Leben ist. conf. *Pars XI. Conc. 2.* p. 35. Die Seele ist mit dem Leib allzu genau verbunden. *Pars IV. Conc. XI.* p. 275. porro in *Buß Pred.* p. 301. Der Mensch hat das natürliche Leben, da er sich wie andere creaturen beweget, isset, trincket, wächst, höret, sieht u. d. thut, was wir auch bey den unvernünftigen Vieh sehen: das ist ein Leben des Leibes, obs wohl in der Seelen ist. Et in multis variis locis: quibus testimoniis probamus etiam, quod hæc adsertio inter probatissimos & acutissimi judicii *Theologos assensum suum inveniat.*

§. VI.

Per hanc *naturam* itaque, quæ *humana* est, non aliam causam moventem, quam eandem hominis *animam immaterialem rationalem* intelligimus, siquidem in ordine *naturali* nulla alia causa *corpus humanum generare, augmentare, confirmare, conservare & sanare* potest, quam *talis causa, quæ ratione prædita est*, id quod in multis locis *D.D. Præses ad superfluum demonstravit, conf. ejus Physiologia cap. i. de Natura, item tract. de Anima hominis &c. parte præcipue altera*, nec non in Schediasmatibus *de Energia Naturæ, de admirandis animæ præc. humane effectibus, de occultis animæ humanæ effectibus*, ut & in disp. *de Sensu vitali, de Sensuum internorum usu in œconomia vitali;* Haud quidem animus nobis est, hoc loco multis rationibus hanc assertionem obfirmare; id solum demonstrabimus, quod *nulla alia causa* in hoc ordine *naturali*

morbis mederi queat, quam quæ rationalis est, ubi non frivole supponimus, aut tantum declamamus, Deum ita voluisse & constituisse, sed indicabimus hunc esse, secundum Dei nutum & providentiam ordinem, ut tales operationes, hæc rationalis, & non alia irrationalis aut materialis causa, perficiat: etenim quæcumque causa corpus a primis rudimentis & staminibus generat, illa idem corpus conservat & sæpiissime curat, atqui alia quam rationalis causa corpus non generat &c. E. Quod enim illas oblationes concernit, si anima rationalis esset natura, non deberet erronee operari! quasi vero anima humana adeo perfecta & innocens esset, ut nunquam erret; quæ contra in moralibus & dignioribus actibus sæpiissime aberrat; cur in vitalibus & indignioribus operationibus perperam ab erroribus libera desideratur; item, anima de rebus, partibus & negotiis, quæ tanquam natura administrare debet, non cogitat, aut sensum reflexivum format, ergo natura esse non potest; quasi vero anima omnia sensu præfigurativo sibi concipere debeat, quæ operatur; dum in moralibus lepida & erronea esset conclusio, quemcumque actum anima imaginativo aut cogitativo sensu non concipit, illum eadem non perficit, atqui judicium de graro & adverso, rationem formalem &c velle malum vel bonum, formationem idearum, præcipitatam propensionem in malum, consuetudinem in vitiis & delictis, formalitatem concupiscentiæ carnis contra spiritum, subitanem prævarum cogitationum & cupiditatum originem &c. sibi non præfigurat aut reflexivo actu concipit, ergo singulorum horum & multorum aliorum actuum causa hanc esse deberet anima: conclusio est erronea, ergo etiam præmissæ

*miffæ infirmæ sunt: idem sentiendum est de illa similis qualitatis objectione, si anima natura esset, in illius etiam potestate esset, ut *corpus & diversas* illius partes pro *lubitu & voluntate* moveret, quod tamen eadem præstare baud potest: quasi vero *infallibilis* esset conclusio, quicquid anima in *uno* negotio valet, idem in *omnibus* efficere debet; aut *quæcunque vis & facultas animæ ad unum & alterum officium spectat*, illa ad *omnia* extendenda est: haud tamen placet ejusmodi *levissimi* momenti contradictiones & oblocutiones ex instituto infringere, quæ secundum *logicam & moralem æstimationem*, ut & in *applicatione* ad *actiones humanas*, animæ alioquin competentes, vel sponte vacillant & *infirmitatem* suam testantur; quare non multum *antithesi*, quæ *extra scopum nostrum* est, inhæremus, sed *thesin & hypothesin* tractamus; ex qua consideratione vel *per se* aliæ opiniones obscurantur & enervantur: interea *impudentiæ & imprudentiæ character* esset, si ab anima *plus* urgeamus, exigamus & postulemus, quam quidem *restrictæ* ejusdem facultates permittunt, v. g. si anima *morbis mederi* potest, ergo *omnibus morbis & in omnibus subjectis* mederi debet, quæ *infrunita* esset conclusio & postulatio, quam vero illi qui *sabrie philosophantur* subrisioni & despiciatui habent.*

§. VII.

Mederi *morbis*, est vel in *totum*, vel in *tantum causas* *morborum tollere & effectus illarum emendare*, iterumque *reparare*, quod per tales causas violatum fuit. Ad utrumque pertinet *cognitio causæ & methodi medendi*, ad quam *posteriorem* pertinet *apparatus mediorum*, quibuscum

& causæ & effectui satisfacere convenit: hæc medicus nosse debet si medicinam rationalem exercere vult: si itaque Medicus Naturæ minister esse debet, si porro artificialis medendi methodus rationalis est, tunc sane natura & ejus methodus sponte curandi non fortuitus, confusus, turbulentus, tumultuarius & irrationalis esse potest: qui itaque aliam naturam agnoscunt & tamen medicinam rationalem urgent, illi evidentem contradictionem committunt: nam si medicina rationalis convenire debet, cum medicina naturæ, tunc per necessitatem connexionis logicæ natura & illius medendi methodus rationalis esse debet: aliter qui judicant, illi neque de natura, neque de medicina rationali distinctum & sobrium conceptum habere possunt: quod si etiam therapiam morborum spontaneam observemus, tunc illius methodus admodum rationalis est; conf. D. D. Præsidis disp. de Therapiæ Spontaneæ observationis necessitate & utilitate in Medicina, de Motibus Naturæ Cynosura Medici, de Morborum Salubritate: imprimis Illustr. D. D. Stahlii dispp. de Autocratia Naturæ, quæ fundamenti instar concilianda, nec non de Febrium rationali ratione; quamobrem iterum conclusio firma est, quod illius Therapiæ spontaneæ nulla alia, quam rationalis esse possit causa, qualis Natura morborum medicatrix existit: etenim si talis therapia ita comparata est, ut multis vicibus sanitas inde proveniat, si etiam illa methodus in multis casibus una eademque est, facile iterum liquet, quod consecutio sanitatis & restitutienis non sit fortuita, aut ex perturbatis motibus orta, sed quod apprime cum illa therapia congruat, quæ propterea ad hunc scopum obtainendum, a causa nobiliori, minime vero materiali, destinata & directa est: quando itaque

Itaque tales therapiæ spontaneæ *aliis* tribuuntur causis, tunc vel leviter *attendentibus* mox causarum *confusiones*, corrasiones, complicationes, contortæ & coactæ commixtiones, imaginariæ *assimilariones*, lepidæ sæpe applicationes innotescunt, quæ ut plurimum cum *subjectis* ægrotantibus & *Historia* morborum nihil communionis habent, sed obtorto collo in nonnullis circumstantiis applicantur, ut arbitris, a *præjudiciis* liberis, facile frivolaæ *fictiones*, falsæ *conclusiones*, irritæ *præsumptiones* & perversæ *comparationes* in talibus assertis appareant, quæ dum ex *congerie* opinionum constant, ad corpus *humanum* pessime applicantur, id quod in *specialiori* processu, quo natura morbis medetur, mox inclarescit: obstinatæ enim pervicaciæ & durissimæ cervicis character esset, adseratum illud defendere velle, quod *corpus*, aut quoad *fluidas*, aut quoad *solidas*, aut quoad *utrasque* partes, *laesum* tam proportionatas methodos, quibus in pristinam *integritatem* reduci potest, vel *invenire*, vel *per se* exercere, vel *ex laesione* statu obtinere queat, qui singuli respectus *naturali* ratione & nexus a *laesione* forma alienissimi sunt; ut propterea facultas medicatrix corpori nullo rationali & naturali sobrio fundamento & jure adscribi queat, nisi illum articulum *fidei* agnoscere, aut rectius illi *asylo*, omni demonstratione vacuo & famelico, subscribere malimus, *Deum* ita res & negotia dispossuisse & constituisse, ut *laesum* corpus se ipsum *propria* facultate sanare possit; quod commentum non sine profanatione nominis *Divini* obtrudimus, aut pro veritate agnoscimus, tanto minus pro sapienti ordinatione declaramus; si quidem *Deus* omnia justo ordine disponit, nec tantarum *confusionum* author & protector est & esse potest.

§. VIII.

Si morbi nonnulli a *nimia Sanguinis copia aut excitantur*, aut foventur & sustentantur, tempestiva vero illius *depletione* spontanea aut curantur, aut mitigantur, id quod in observatione medica frequenter contingit, tunc hic actus ita *adæquatus & proportionatus* est, ut sobria ratio *aliud conveniens auxilium invenire haud queat*, imprimis quando ejusmodi Hæmorrhagiæ justo *tempore*, e congruo *loco*, debita *quantitate*, legitimo modo contingunt: ubi quæstio merito movetur & proponitur decidenda, an ulla causa & qualitas *materialis hisce respectibus satisfacere queat*: sanguis enim sua *quantitate* suoque *pondere* talem perruptionem haud *necessitat*, quoniam partes *continentes facilius expandi & dilatari*, quam *dilacerari* possunt, subinde etiam *disruptio facilius* in tenerrimis *internis*, quam *fimoribus extrinsecus* respicientibus & tendentibus vasculis contingere potest, ut propterea *salutares Hæmorrhagiæ rarissime eveniant*, si *fortuito* contingere deberent: quod si vero sine præjudicio *circumstantias attente & prudenter pensitemus*, quæ in curationibus per *Hæmorrhagias* obtingunt, tunc nulla *solida ratione*, processum illarum principali suo *directorio corpori & materialibus causis imputare & adscribere* possumus: quid quod ex variis rationibus elucescit & confirmari potest, quod talis *copia sanguinis corpus magis oneret & impedit*, quo *minus* talis *excretio sanguinis salutaris perfici queat*, id quod variis rationibus *physicis, mechanicis, staticis & hydraulicis* probare possemus: inde in *facto & vi* variarum observationum certum & verum est, quod interdum *magna plethora*, causa *immunutarum, retardatarum & perturbatarum* spontanearum,

Hæmor-

Hæmorrhagiarum evadat: interim aliquando per tot *dificultates* methodus & processus in morbis perrumpit, & quidem non nisi *virtute Naturæ*, hoc negotium *rationali* inventione & modificatione administrantis, quæ etiam secundum omnem *rationalem*, distinctum & sobrium conceptum, *prædictis* respectibus, in talibus Hæmorrhagiis observandis, magis satisfacere potest, quam ulla *alia causa naturalis*, de qua in demonstratione subministranda, non nisi multa finguntur & supponuntur, *pauca vero confirmantur* & solide probantur: exulant itaque in talibus demonstrationibus falsæ allegoriæ & *assimilations*, quoniam *tertium comparationis* deficit; neque præstat dubias, ambiguas, aut falsas *suppositiones pro fundamentis*, aut *causis* genuinis obtrudere & arripere, qualis nævus in nostra demonstratione haud reperitur: nam *infallibiles* sunt veritates, quando dicimus *datur anima rationalis*, hæc in *corpore* potest & solet *movere fibras carneas & nerveas*, adeoque *musculos, tendines, ligamenta, ossa, vasa &c.* testimonio motuum *voluntariorum*, proinde etiam potest mediantibus *nonnullis* harum partium, *movere sanguinem*; *sanguis* vero saepe *superfluus & molestus* est in *corpore*; hic *nimius sanguis* corpus *offendit*, ad *morbos disponit* in *morbos conjicit & sub morbis male afficit*; *evacuat* vero interdum in *salutem ægrotantium & quidem sub respectibus & qualitatibus plane singularibus*, qui totus processus per *rationalem*, minusve coactam, sed *naturalem*, sobriam & liberam consequentiam *melius animæ*, quam *alteri causæ*, de qua plus *credere, præsumere & fingere*, quam *demonstrare possum & debeo*, adscribitur.

§. IX.

Quando *massa sanguinis* variis impuritatibus, *salinis*, *bilioſis*, *ulcerationem* causantibus, *internis nobilioribus partibus* valde *infenſis*, inquinata eſt, tunc ſæpe illæ ab *intræ extrorſum* in *cutem* transferuntur, in forma variarum *efflorefcentiarum* & defecationum *ſcabiosarum*, *purpuratarum*, *ſerpiginosarum*, *macularum*, *variolarum*, *morbillorum*, *petechiarum* &c. & tali modo ſanguis defæcatur & depuratur: hæc itaque pernicioſa materia poſſet ulterius in *massa sanguinis* fluctuare, donec hanc in *corruptionem* præcipitaret, ſicut *intra* hanc retrocedere poteſt, aut ob magnam debilitatem, ob perversos mores, ob animi pathemata *intra* illam ſubſiſtere; unde in *massa sanguinis* & reliquo *corpore nulla* ſana & ſolida ratio affulget, quæ hujus pernicioſæ materiæ depositionem in *peripheriam corporis* neceſſitet: quod vero *prava* materia e partibus & regionibus, facili & acceleratæ corruptioni obnoxiiſ, in ignobiliores partes & regiones, quibus tam facile & cito noxam inferre haud poteſt, deducatur, processus ſane eſt *rationalis* inventionis & modificationis, quem propterea *nulla* cauſa & qualitas corporis, ſed natura, quatenus *anima rationalis* eſt, perficere debet & poteſt: quid quod ex variis rationibus demonſtrari poſſet, quod ejusmodi inquinamenta *materialia* facilius in *intimiori* corporis regione delitescere queant; quoniam illico copioſa ſupplementa variarum heterogenearum materiarum obtinent, quibus diutius inhaerere & ſub hac mora partibus *tenerioribus* perniciem citius inferre poſſent, quod tamen ſæpe non obtingit, dum ex *internis impuritatum* collectaneis, reliquæ *peregrinae* inquinationes aliquo modo ſeparantur & in-

cor-

corporis *superficiem* transferuntur: Si itaque sub tanto discrimine & tali *vicissitudine* rerum, nihilominus id continet, quod in corporis *conservationem* cedit, facile sine præjudicio, sed sub *prudenti* rationis usu judicare licet, quod *talis* processus sub *rationali* directorio consistat: & quamvis *peripheria* corporis magis *aëris* accessui pateat, propterea tamen humores *perniciosi* in eadem haud detineri debent, ut tales *efflorescentiae* ibidem oriantur, quoniam in *sanis* hominibus *vi* hujus rationis etiam *utiles* lymphatici humores ob *liberaliorem* *aëris*, præcipue *frigidi*, admissionem, stagnationem & stasim valde frequentem & nocivam subire deberent, quod vero *rarius* contingit, ut propterea hæc & similis ratio *formalem* præsentis evacuationis causam *minus* exhauriat: Et si in hac observatione annotamus *periodicas* tales excretiones, tunc neque *aëris* tempestates & injuriæ, neque venti nervum affectus attingunt, quamvis remotores & extraneæ tales causæ ad augmentationem hujuscemodi materiae *impuræ*, imo etiam satis *sæpe* per *physicam* relationem & efficaciam ad difficultem salutaris excretionis successum disponere queant soleantque; quo non obstante, tali termino & periodo ejusmodi excretio *vegetè* procedit; siquidem proinde in tales excretorias functiones major *sensibilitas* personarum, ut & *animi pathemata*, peculiares *consuetudines*, rationes hereditariae dispositionis, *imaginationis* vis, eximiam influentiam & efficaciam habent: quibus singulis circumstantiis judiciose conciliatis, facile ingeniis, a præjudiciis & verbosis lenociniis liberis veritas illa illucescit; quare in nostra demonstratione haud reperiuntur *refugia* & *asyla* aut horrendæ *evagationes*, quibus modo hæc, modo alia

causa a baculo ad angulum concludens & mira inventio-
ne applicata peroratur, ut in fine deductionis facile pate-
scat, cuius tota opinio toni sit.

§. X.

Quid natura in variis aliis evacuationibus, e *ventricu-*
lo & intestinis procedentibus, efficiat, facile colligere licet,
etenim vel *bilioſa* *saburra*, vel *aliæ cruditates & impurita-*
tes excernuntur; hæ excretiones si *legitime & tempestive*
succedunt, *sanitatem* post se trahunt, si perturbantur, *in-*
congrue tractantur, aut *præmature* *suppressuntur* ad *fune-*
ſtum *eventum* *disponunt*: simile quid judicandum est de
excretionibus propinata *philtrea* & *venena* *excipientibus*:
nunc vero *quæſtio* movetur, *quænam* *causa* *evacuationes*
tales effectiva *inſtituat*, *dirigat*, *perficiat*: an *materia*, *quæ*
excernitur, *vim* *habeat* *movendi & tam proportionate* *ven-*
triculum & intestina *motibus* *instruendi*, ut *salutaris* *talis*
effectus *consequatur*, *qualem ratio* *sana meliorem* *vix ex-*
cogitare *poterit*, vel *leviter* *attento* *animo* *innotescet*:
interea ſequentes *respectus* *facile* *ad veram* *conclusionem*
formandam, *ansam* *ſuppeditabunt*; *videlicet* *materia*, *quæ*
excernitur, *corpori humano inimica & infensa*, *aut oneroſa*
aut sensui adversa *existit*, *propterea* *excernitur*; *hæc ma-*
teria *poſſet* *etiam* *in ventriculo & intestinis* *ſubſiſtere*, *quam-*
vis *haſce* *partes* *oneret* *aut arroderet*: *quod vero ea pro-*
pter *ejiciatur*, *id relationem* *habet ad causam*, *quæ onus &*
irritamentum *ſentit*; *in materiam* *vero & ſeorsim* *in ventri-*
culum & intestina *non cadit sensus*, *formali* *ſcilicet* *ratio-*
ne; *præſupponitur* *itaque* *per rationalem* *nexus* *princi-*
pium *in hisce partibus* *ſentiens*, *quod non aliud* *effe pot-*
est, *quam rationale & quod* *per ejusmodi* *excretiones* *ad*
finem

finem illum contendit, quo ab adversa tali materia ejusmodi partes liberentur, effectus corruptionis *tempestive* avertatur, adeoque pristina integritas & sanitas restituatur: hinc effectus & totus processus testatur de causa rationali, quoniam materia nociva aut infensa non potest juxta ordinem naturalem salutaris operationis positiva causa esse, ni iterum ad illud idolum & asylum *q̄* fortuiti configere malimus; quod vero cum frequenti tali observatione & tota methodo hujus processus plane non congruit: quodsi etiam annotaverimus, quomodo *prava* talis materia in ventriculo & intestinis *detineri* queat, quando vel sponte *rigidi spasmi* in talibus partibus obtingunt, vel per remedia *opiata* & *adstringentia* motus excretorii cohíbentur, ut postea illa materia *intrinsecus perniciosos* effectus exserat, tunc facile iterum judicare licet, quod *tempestiva* & *legitima* illius materiæ *excrefio* sub *ejusmodi* circumstantiis non modo *salubris*, sed & a causa rationali inventa & ad *talem* finem *destinata* & administrata fuerit; hinc etiam in tales excretiones *animi pathemata* eximium jus habent, dum per *iracundiam* incitantur & augentur, per *terrorem* cohíbentur, per *gaudium* mitigantur, quæ *nihil* quicquam cum talibus evacuationibus *communicent*, si hæ a causis *nude materialibus* provenirent; quemadmodum abstrusa & confusa illa est opinio & declamatio, quod anima suis *pathematibus* non nisi *corpus lādere*, motus *pervertere* & *turbare* queat, ubi ex *præjudicio* tantum *immoderatae* & *erroneae* animæ actiones *denigrantur*, *salutares* vero & proficuae omni *odio* profligantur, quasi *mores compositi, placidi, tranquilli, animus desiderio températo, gaudio, spe, confidentia, imaginatione boni & grati*

structus, nullum jus *positivum* habeat in corpus humanum ad producendos *bongos & salutares effectus!* cum tamen *posterior æque eminens, evidens & frequens sit observatio, ac prior;* quando itaque non nisi *unam, quæ nostro captui arridet, admittere, alteram vero, quæ huic opinioni contrariatur, rejicere velimus, manifestum & crassum eo ipso præjudicium comitteremus.*

§. XI.

Peculiarem porro *medicatricem facultatem Naturæ* testatur in *Inflammationis processu*, quem aliquoties *sola sponte* perficit, ita ut *ars nihil* quicquam potestatis habeat ad *inflammationem formandam & efficiendam*, licet *excitanda & eliciendam*; interea satis saepe *artis ministerium* in hoc negotio succurrit, quando *impedimenta* removeri, aut *excedentes commotiones mitigari* debent: totus interim *inflammationis actus rationali inventione & directorio* nititur, quando *notabilis sanguinis copia* in *stasis* aut *stagnationem* delapsa est, in qua *sibi relicta* vel *exarescere* adeoque ulteriore *progressum humorum* per eandem partem *sufflaminare*, proinde varios *connexos perniciosos effectus causari*; vel *putrefascere* adeoque aut *parti*, aut in suo *nexus & successu toti corpori mortem inferre* deberet; ne tamen utrumque contingat vix *rationi convenientius consilium* *inveniri & adhiberi* potest, quam ut *sanguis, extra motum suum progressivum* constitutus, adeoque interceptus & *incarceratus*, denuo resolvatur, aut *discutiatur*, adeoque novo *fluiditatis motu* afficiatur, aut si hoc impetrari non potest, *itæ immutetur*, ne in *lethiferam corruptionem* delabatur; id quod fit, si *ab hac subfistente sanguinis quantitate, illo materia* educitur & tempestive *separatur*, quæ *corruptionis*

ptionis motum assumit & propagat; residua vero materia
 sive spontanea, sive artificiali evacuatione removetur &
 quod reliquum est, videlicet locus apostematis sanatur &
 consolidatur; quo processu alia sotica *damna avertuntur*:
 an itaque hisce respectibus *ulla materialis causa sua* virtute
 satisfacere queat, dispiciat, qui a *præjudiciis* liber est: an
 pars nunc *læsa*, stasi & stagnatione sanguinis obsessa, adeo-
 que in *motu* suo ordinario & *naturali* impedita, singulos
 motus & modos ita disponere & instruere possit, ut tales
 inde effectus proveniant, qui *formæ* & *essentiæ* inflammationis
 quadrant & qui semper *tali ordine* & successu im-
 petrari debent, qualis ad *congruam* & *salutarem* inflam-
 mationis determinationem spectat, judicent, qui justas &
sobrias conclusiones amant, qui etiam figmenta & assimila-
 tiones, suppositiones & crinibus contractas applicatio-
 nes aversantur: an contra *talis* processus *majori jure* &
saniori ratione a causa *rationali* derivari & *sine coæta* &
 perversa conclusione demonstrari queat, dijudicet iterum
æquus arbiter: ubi iterum frivola & ridicula illa *oblocutio*
nihil valoris continet, quasi *talem* inflammationis proces-
 sum anima, neque *fibi conscientia* aut cogitans, neque *volens*
 administret, proptereaque *plane non exequatur*; cum ta-
 men per instantiam annotari queat, quomodo ex *animi*
pathematibus cordis, pulmonum, ventriculi, intestino-
 rum, renum &c. motus *alterentur*, qui motus dum ab
 anima sive *mediate*, sive *immediate* proveniunt, *testimoni-um*
 perhibent, quod anima cor, pulmones, ventriculum,
 intestina, renes &c. sine *prævia præfiguratione* & *volunta-*
te, movere possit, soleatque; unde facile inclarescit, quod
 nihil obfit, quin *anima rationalis*, utpote *natura*, hujus
 cele-

*celebris actus, principalis causa existat: nam sub tali vicissitudine rerum & circumstantiarum, ubi *corpus*, tanquam pars *læsa* & subjectum *passionis*, considerari debet, vix ulla infucata, sincera & sobria ratione, exclusis tormentis ratiocinandi & concludendi & figmentis assimilandi, causæ materiales, qualescumque illæ fuerint, aut naturales, nude corporeæ, hujus Processus *Inflammatorii* institutores & moderatores esse, supponi & obtrudi poterunt.*

§. XII.

Principale specimen virtutis *medicatrixis Naturæ Febris* constituunt, quæ *rationalem* suam *rationem* toto processu testantur, ita ut Febris, si *legitimum* suum decursum servare potest & solet, *sanitatem* afferat & *mortiferum* exitum avertat: quo magis *sonticus* vero hic est affectus, eo majorem attentionem meretur, si *spontaneo* suo successu *sanitatem* pedissequam habet; ubi in genere *prudenti æstimatione* diliberandum & judicandum, an sub *ejusmodi* circumstantiis, quales in *feribus*, *legitime* procedentibus, occurrunt, alia, *magis rationali*, methodo, æger *sponte* convalescere possit & annon *totus processus febrilis*, *rite* decurrentis, *rationali* inventione, executione, prosecutione & determinatione nitatur: ut plurimum enim *causa proxima* Febris valde *pernicioſa* & corpori ac sanitati inimica est, qualis in *eminentiori* sensu in *malignis* Feribus existit, ut propterea *durum* & *crudum* esset *judicium*, imo crassum & manifestum *præjudicium*, a tam *infensa* causa & corpore *valde* offenso tam *salutarem*, *regulariem*, *convenientem* & *rationalem* processum derivare velle: hæc *causa* aut in *fluidis*, aut in *solidis* hæret par-

partibus, quibus nunc *certiorem*, nunc *certiorem* vel *corruptionem* vel *aliam* noxam minatur; hæc causa ita compara-
rata est, ut *singulæ* functiones, ad *hominem* spectantes, *alterationem* evidentem subeant, sive *mora*les, sive *animales*,
sive *vitales*, sive *naturales* fuerint: si itaque quædam morbi causa totum hominem, universam *œconomiam* vitalem,
partes *fluidas* & *solidas* corporis afficit, tunc illa haud *bonorum* effectuum *origo* esse potest; hinc evenit, ut, si illa
sui juris est, aut *prædominium* gerit, neque processu febrili *legitime* tractatur, aut febris *perturbatur*, undecun-
que hoc evenerit, mors *certissime* *naturaii* ordine & ne-
cessitate consequatur: hinc *quicquid* illa causa *efficit* ac pro-
ducit, *physica* sua & *demonstrativa* efficacia ac virtute, id
vitæ & sanitati *officit*, quales effectus sunt *corruptiones*,
quæ ab illa causa provenientes, dehinc causam *moris*
constituunt, dum *antea* causa morbi ab hac mortis causa
adhuc *aliquo modo* discreta fuit: si vero hæc morbi causa
motu & processu febrili rite & opportune tractatur, subju-
gatur & evacuatur, tunc *sanitas* sequitur; *sine febre* tali vero
illa causa haud *præparatur* & separatur; *ipsa* etiam causa sua
potestate febrem non efficere & formare, neque etiam *diri-
gere* valet, quoniam febrili *buic* causæ est *opposita*; ergo
per *rationalem* consequentiam febris *non* est effectus cau-
sæ febrilis, sed *alterius* principii, hujus causæ *præsentiam*,
sedem, *efficaciam*, *quantitatem*, *qualitatem*, *relationem* ad
partes *fluidas* & *solidas*, *capacitatem* *citius* & *potentius*,
tardius & *mitius* nocendi, *sentientis*, *cognoscentis*, *œstiman-
tis* & proportionata ac *convenienti* methodo eidem se *op-
ponentis*, quale iterum *aliud* esse haud potest, quam *ani-
ma rationalis*, quæ propterea *Natura* *morborum* *medica-
trix*

erix audit: Si itaque causa febris materialis per sanguinis massam dispersa est, tunc quidem quoad efficaciam suam in genere est pernicioſa, quoad effentiam vero in specie difſcrepat, siquidem alia est in febribus putridis benignis, ſic dictis, ſ. acutis continuis, alia in malignis, petechiis, variolis, morbillis, purpura &c. interim febris in genere in eo convenit, quo hæc pernicioſa materia juſto tempore, modo, loco, ordine præparetur, ſequeſtretur, ejiciatur; qui actus non confufe procedunt, ſed ita exæte ſe invicem excipiunt, ut nihil præmature, nihil præpoſtere in legitimo decurſu contingat: hoc an efficienter ab illa cauſa proveniat, quæ præparari & evacuari debet, vix facile quisquam ſupponere poterit: an etiam ex illius materiæ febrilis efficacia fluat, qua e massa sanguinis ſe despumet & convertat in peripheriam corporis & nunc diaphoresibus, nunc conuentis exanthematibus & efflorescentiis ſe ſeparet, cum tamen retrocedere, aut in interioribus regionibus ſubfifte, aut partes internas nobiles invadere & occupare queat, haud facile demonstrari poterit; nam nudus calor febrilis, non illius potestatis eft, quo illa materia in ſuperficiem corporis projiciatur, quoniam aliquoties materia in humoribus permanet, licet calor febrilis præſens ſit & viciffim aliquando incongrue & ſymptomatice illa materia in peripheriam tranſit, quando calor languescit: Et ſicut modo ſuccinctis animadversionibus impotentiam demonstravimus, aliunde originem processus febrilis derivandi, ita tota indoles Febrium attentis & a præjudiciis ac figmentis liberis ingenii indicabit, quod cauſa Febris efficiens rationalis eſſe debeat.

§. XII.

Quoniam etiam *Crisibus*, debite procedentibus, solemnes & celebres curationes *spontaneæ* perficiuntur, ita merito inquirendum est, quænam *Critici Processus* causa sit *formans*, *informans*, *efficiens*: si vero juxta *Hollerium in Comm. Sect. 2. aph. 12.* *Crisis simpliciter dicta ad salutem intelligenda*, tunc justa iterum est quæstio, an causa illa morbi materialis, quæ critico actu proscribenda, tam *sonticum* processum formare queat, in quo motus cum suis *connexis* & subordinatis effectibus tam accurate & proportionate progrediuntur, ut uno tali eminenti excretorio simultaneo effectu *sanitas* impetretur; an porro illa causa materialis sub *morboso* corporis statu tam *exactam rationem temporis*, aut *dierum servare queat*: cur æque quartus, *septimus*, *undecimus*, *decimus quartus &c.* dies huic processui quadrent; an *tamdiu* materia ipsa in corpore ægri moram nectere seque *colligere queat*, cur non maturius motu & calore febrili ejici debeat; cur in crisi *perfecta* quoad successum omnia *congrua* & ordinata sint, licet materia *morbosa* ferme tota adhuc in corpore fluctuet, adeoque omnem suam vim *lædendi*, offendendi & perturbandi exercerere debeat & quamvis illa *aliquo modo* in efficacia sua *pernicioſa* emendata sit, tamen eadem nihilominus *adhuc* infensa & *nociva* est, quæ vel maturius excerni, vel diutius retineri potuit, ut ob *tales* respectus neque ipsa materia, neque sidera, neque alia causa, *communi sensu dicta*, *naturalis criticus* instituat & perficiat: quare potius ille actus *exquisite rationalis directorii* est, sicut vulgo in *Criticis similibus operationibus* multi *salutarem* & tacite *rationalem*, benignam, *providam* naturæ directionem concelebrant, qui

ramen, ast non nisi evidenti contradictione *animam rationalem odio* prosequuntur & austero ac moroso vultu ei-
dem jus & prærogativam in *conservando suo corpore ab-
negant*; qui proinde *necessitate coacti*, dum aliæ crepundiæ
ad rhombum non quadrant, hoc *naturæ protectorium an-
xie & enixe* inquirunt: Quando porro perpendimus,
quam *singulares & providæ excretiones* nonnunquam ob-
tingunt, quibus gravissimi *morbi* curantur & *mors averti-
tur*, tunc facile ejusdem *rationalis naturæ vim medicatri-
cem agnoscere* possumus, v.g. quando *cultri, nummi, aci-
culæ, vitra &c.* deglutita, iterumque *peculiari modo &
via excreta* fuere, ubi facile judicare licet, quod *eiusmodi*
processus haud ab ulla *materiali causa* instituatur & diri-
gatur, sed quod potius *singulares inventiones, præcautio-
nes moderationes & directiones* in *tali actu locum inveni-
ant*, quas alias exercitata & circumspecta *ratio* vix exco-
gitare & disponere potest: ut propterea etiam in *talibus processibus* ferme *omnes*, exceptis *morosis contradictori-
bus*, *naturæ sapientis opus* annotare soleant: quæ si talia
*officia magni momenti & altioris indaginis insoliti plane
modi, rationalis tamen inventionis in salutem hominis ad
avertendam mortem instituere & perficere* potest, quidni
leviores & faciliores processus pro *eodem scopo* admini-
strare poterit, quales in *comparatione* illi sunt, quorum ha-
etenus aliqualem mentionem fecimus, quoniam & illi
*non perversi, tumultuarii & inordinati, sed exacte propor-
tionati* sunt, prout videlicet ad *subjugandam causam morbi & mortis* quadrant, quales *neque ab illa causa, neque a
læso corpore* per *ullam sanam rationem deduci* possunt,
ni forte iterum ad illud *asylum*, omni demonstratione &

con-

confirmatione destitutum, confugere velimus, quasi Deus res ita ordinaverit, ut *tali modo* (pro ut videlicet crassum *præjudicium* & morosa repugnantia excogitavit & obtrusit) *efficienter a causa mala & offenso corpore bonus effetus & eventus proveniat*: cum tamen *nullibi*, neque in regno *naturæ*, neque *gratiæ similem* modum reperiamus; siquidem illud quod *malum* est, eo *quia malum* est, *nihil bonum* efficere potest: *huc enim quadrat dicterium: quod quis non habet, alteri non potest dare.*

§. XIII.

Promerentur porro attentam considerationem observationes in Praxi admodum *frequentes Morborum habitualium, periodorum, videlicet annuorum, menstrorum, nec non hæreditariorum, ex imaginatione ortorum &c.* quorum *geneses iterum non nisi obtorto collo a causis materialibus derivare licet, si quidem in tali explicacione præter nudas suppositiones & contradictiones nullus rationalis nexus & sana ac sobria vis probandi invenitur: & quoniam harum observationum Illustr. Dn. D. Stablius & Dn. D. Præses in dispp. de morbis habitualibus & periodicis, de hæreditaria dispositione ad diversos affectus, de valitudinariis imaginariis, sufficientem mentionem injecrunt, ita vi illarum firmissimarum demonstrationum adserimus, quod etiam *talium* morborum *efficiens causa non alia, quam anima rationalis sit, quæ etiam, quantum in dolore morigera, quieta, tranquilla, placidaque hisce morbis medeatur & adjumento sit, facile inclarescit;* unde etiam uberrimis exemplis constat, quam *sæpe morbi sine medicamentis, sed variis moralibus subsidiis currentur, vel ut firma impressione, confidentia, oblivione, aversione, desiderio**

derio &c. conf. Dn. D. Præsidis dispp. de Therapia morali,
 de Therapia imaginaria, de Phantasiæ usu, lusu & abusu in
 medicina: Si itaque anima rationalis nihil commercii cum
 corporis œconomia haberet, tunc etiam in variis *morbis*
 diversi illius *mores* & *affectiones* nihil virtutis exsererent, po-
 sterius vero est *falsum*, ergo *vera* est adsertio, quod anima
 illa in vitæ *naturalis* directorio magnum *jus* & *robur* exer-
 ceat: quemadmodum vero ejusmodi exempla *non rara*
 sunt, ita in illorum dijudicatione haud famosum illud ido-
 lum *τὸς fortuiti* tam frivole accusari debet, quoniam non
 modo *mens sana* in *corpore sano*, sed & *tranquillitas ani-
 mi* in *corpore morboſo* *positivam* utilitatem confert; conf.
 Dn. D. Præsidis dispp. de *Mente sana in corpore sano*. Si
 porro vel leví tantum attentione consideramus, quomodo
 causæ *morbificæ materiales* corpus afficere, nervos *preme-
 re, distendere, vellicare*, aut alia *adversa* qualitate afficere &
 offendere queant, ni in corpore aut nervosis partibus *offen-
 siones* tales *percipiantur*, propter quas deinde motus illi
 & alterationes, quales in *morbis occurrunt*, aut hosce *con-
 ſtituunt*, *fuscipluntur*; illud vero quod in corpore *ſentit*
 & *percipit*, non est *obscura* & *fictitia materialis anima
 ſensitiva*, sed *rationalis anima*, quoniam *forma ſenſatio-
 nis* & *perceptionis* in *rationali objectorum*, vel *extrinſe-
 cus*, vel *intrinſecus* obviorum & oblitorum, observatione
 conſiftit; quando itaque ex *communi confessione* conce-
 ditur, quod genus *nervosum* omnesque *partes nervosæ*
 valde ſenſibiles ſint & quod vi hujus *sensibilitatis* variū mo-
 tus *excitentur*, tunc *æquipollens* enunciatio eſt, quod *ra-
 tionale* principium certa *ſpecie* & certo *gradu* *offenſionis* af-
 ficiatur, quam alterationem in & cum nervis percipit, ad-
 eoque

eoque huic offensioni certa *motus* specie & *modificatione* se *opponit*, siquidem illos motus, in corpore obvios, majori jure idem *rationale* principium, quod *offensionem corporis sentit*, administrat, quam *alia* & *præcipue* quidem *materialis* causa, quæ nihil quiequam commercii *positivi* habet, cum actu *offensionis*, *sensationis* & *oppositæ actionis*, quoniam materia *sibi* relictæ & *in se* considerata neque *sentit*, neque se *opponit*: ob id nervi per *universum* corpus & in *omnes* partes sunt distributi, quo harum *integritati* & *conservationi* prospicere & invigilare queat natura, id quod plenius demonstravit *Dn. D. Præses in disp. de Sensu Vitali*: quemadmodum in altera *disp. de Sensuum internorum usu in œconomia vitali* ulterius & uberiorius confirmatum fuit, quod *Natura morborum medicatrix* non irrationalis, sed *rationalis* sit & talis etiam *absolute* esse debeat; imo quod *alia* causa *hoc nomine maxime indigna* existat: unde non ex una aut altera actione hæc veritas elucescit, sed in *plurimis* morbis observari potest, quod *Natura* sive in *spontanea* morborum sanatione, sive in *aliis* medicationibus, *artis ministerio adjutis*, *ratione* sive *integra*, sive *aberrante*, utatur.

§. XIV.

Ast qualis est *animæ* potentia in *Chirurgia*? sanc
multa & *crebra*! unde hic etiam quadrat quod *Langius*
Miscell. curios. 34. p. 87. elocutus est: *natura non cooperante*, *medicus cuncta invassum molitur* & *medicamina, ut ut Heroicam virtutem obtinentia, frustranea sollicitudine tam meditatur*, *qua porrigit*: Quod anima ad variorum affectuum, forum *Chirurgicum* concernentium, origines contribuat, multis exemplis constat, quando ex animi quibusdam partem

pathematisbus, ut & ex *imaginatione*, *dolores*, *tumores*, *metastases*, *erysipelas*, *verrucæ*, *polypus*, *inflammationes* aliæ *superficiales*, *efflorescentiæ cutaneæ*, *serpiginosæ defædationes* *periodicæ*, &c. oriuntur, ex quibus affectibus, nonnulli *ita cogniti* sunt, ut vel *plebs* intelligat, unde *aliquando* proveniant, siquidem in *detergenda* illorum causa, subito, iram, terrorem, timorem, *imaginationem accusare* scit, *conf.* *Hildanus Cent. 5. obs. 3. A. N. C. Dec. 3. an. 9. obs. 202. Riedlinus Lin. Med. An. 1. Mens. Nov. obs. 27. p. 405. Pechlinus Lib. 3. obs. 11.* siquidem *historia medica uberrimis exemplis* & *testimoniis* hanc *observationem confirmare* potest: quæ vero *vicissim animæ sit potentia* in talibus & aliis affectibus, ad *chirurgiam spectantibus*, facile liquet: *Omnis inflammatione etiam chirurgicis directionibus subiecta, a nulla alia causa formari & in salutem ægri administrari potest*, quam ab eadem *anima*, juxta *præcedentem nostram demonstrationem*; non quidem negamus, quod *remedia quædam inflammationem excitare* queant: quis vero ita insulsus fuerit, ut sibi aut aliis persuadeat, quod eadem *inflammationem efficiant* aut *forment*: neque ullum *remedium præsentem stasin aut stagnationem per se resolvit* & *discutit*, ni *motus inflammatorii intrinsecus*, ita *modificantur*, ut vel *mediantibus illis remediis discussio perficiatur*, quam *applicationem remedii ad tam salutarem effectum*, neque *causa*, neque *status morbi*, neque *pars*, morbo obsessa, *præstat*, sed potius talis *causa*, quæ *præsentes respectus rite dirigere* potest, qualis per *sanam rationem*, citra *fictionem* aut *frivolam suppositionem*, alia vix agnosci potest, quam *rationalis*: & quis *credulitate tali anili & ridicula obsessus* fuerit, ut *adstruat, remedia, ab extra*

extra applicata, apostema producere, quæ tantum remotum,
*sunt auxilium, quo suppuratio *intrinsecus* melius perfici*
queat, siquidem emollientia immediate sanguinem, progres-
su suo destitutum, haud attingunt, adeoque eidem altera-
*tionem *illam* aut mutationem conciliare haud possunt, ne-*
*que etiam *partes*, in quibus ille sanguis subsistit, ita dispo-*
*nunt, ut *rale* quid per se efficere queant: Ulcerum restitu-*
tio & consolidatio, ad Chirurgiam spectat; hanc vero ne-
que unguentum, neque emplastrum, sive balsamicum, sive ad-
*stringens perficit: nam partem quandam *in structura* & co-*
*hæsione sua lœsam iterum *conjugere*, non cadit in vim*
aut medicamenti, aut ipsius lœsæ partis, quæ nunc in præ-
*dicamento *passionis* stat: quamvis enim *lympha* materia il-*
la sit, qua mediante concretio & reparatio administratur,
tamen hæc se ipsam haud ita agglutinat, ut congrua inde
consolidatio proveniat, quoniam æque facile cum illa per-
versæ & confusæ generationes perfici, aut corruptiones in-
vitari possunt: inde etiam est, cur in hominibus torpidi,
laugaudi, abjecti & enervati, aut propter senilem ætatem
minus alacris animi, tales reparations & consolidations
ægrius, tardius & difficilius contingant; quo valet effatum
Bartholini in Act. Haffn. Vol. 3. obs. 1. p. 2. Natura quippe in
junioribus vegeta, amoliri a se conatur, quicquid corpori vel
inutile, vel noxiū: nam provocatio ad impuriorem lym-
pham & strictiorem fibrarum habitum, non exhaustit pro-
cessum concretionis, quoniam hi respectus tantum instru-
mentales, minime tamen formales sunt: quare instrumen-
ta talia ab alia causa, quæ superior est, dirigi debent: &
quem attentum atque a præjudiciis liberum observatorem

Iatet, quid animi pathemata, perversi mores, aut animus tranquillus in ejusmodi affectibus conferant:

§. XV.

Idem judicium valet de *Vulneribus* horumque cura, quorum *mundificatio* per *remedia* quidem facilitatur, ast non *absolvitur*, multo minus illorum *consolidatio* perficitur; unde *multa vulnera sponte* digeruntur & reparantur; *qualis actus vero haud a parte vulnerata*, adeoque in *materiali* sua dispositione *laesa* & ad usus consuetos *inepta* reddita, administrari potest; quain ob rem in tali necessitate requiritur, ut hanc *restitutionem* efficiat causa *lesionis gnara & convenientis reparationis capax*; quæ qualitates non cadunt in *remedia* & partem *affectam*: nam *fibras discissas* & a se invicem discedentes, aut distantes iterum conjungere & *conglutinare*, nulla perficit *materia*, quæ in *vulneribus* semper *liquida*, adeoque *sua efficacia ad concretionem* inducendam, *inepta* est: *Tumores*, humoribus oppletos, neque *remedio*, neque pars *affecta* dissolvunt; illa quidem *materiam* contentam, quæ antea *spissior* fuit, *quadantenus* colliquare adjuvant; quo vero illæ *materiæ resorbeantur* & tumor ille *depleatur*, peculiare *moderamen motus* requiritur; quando videlicet *receptacula* tumoris membranosa successive *constringuntur*, ut *materia collecta* *aliorum* prematur & quando porro *affluens & alluens* sanguis illas *materias* successive excipit & in *communem progressum* totius massæ convertit: ita *successive tumores tales*, aliquando plane *sponte* evanescunt: tale directorium vero *motuum* neque *remediis*, neque *aliis materiæ qualitatibus* adscribi potest, unde per *sanationem* potius *causæ rationali* competit: *Excrecentiæ non*

non raro per *imaginationem* curantur; hinc curæ *strumorum* per *contactum*, curæ *verrucarum* aliorumque concrementorum per *similia* experimenta *phantasiam* excitantia & concernentia exercentur: qualia *multa* exempla atten-tis observatoribus cognita & probata sunt: conf. Korn-mann. de *mirac. mort.* P. 5. c. 25. A.N.C. Dec. 2. an. 1. obs. 11. an. 2. obs. 141. Cent. 1. p. 199. app. Garmannus de *mirac. mort.* Lib. 2. tit. 6. §. 174. Riedlinus Lin. Med. An. 1. Mens. Nov. obs. 31. p. 410. Mizaldus Cent. 3. aphor. 65. Act. Erud. Lips. An. 1721. Mens. Decembr. p. 532. Wedelii Physiol. sect. 3. c. 27. p. 189. Rejes. Camp. Elys. qu. 24. §. 31. Guldenklee Cas. medic. c. 6. cas. 25. Breslauische Geschicht 13. Vers. p. 323. conf. Dn. D. Præsidis disp. de *Phantasiæ usu, lusu & abusu in medicina*: omisis multis aliis testimoniis, quæ singula superant *negativam* hujus observationis sententiam Bidloo in exercit. anat. chirurg. decad. 1. exerc. 9. p. 115. Et quod nam principium *ossa diffracta* concrescit & confirmat, nisi ipsa *bæc anima*, cum *læsa* pars inepta sit, se ipsam restituere & potius in illa varia *damna* obtingant, quæ natura, *ministrante* etiam arte, avertit & *læsionem* sanat, *collum* videlicet formando & frusta *separata* conglutinando, quæ concretio, quo magis *regulariter* succedat, *artis* subsidio indiget; cum anima haud *absolutam* potestatem habeat in suum *corpus*, sed ipsi in *talibus* operationibus æque aliquo modo *subveniendum* sit, ac in multis *aliis*, præcipue etiam *moralibus* negotiis & functionibus: hinc *impudentia* & *imprudentia* esset, si de anima urgere & *postulare* velimus, quo ossa fracta ita consolidet, *sine ullo* subsidio, ut pars affecta *futuris usibus* exacte respondeat & satisfaciat; quoniam ut plurimum *curva* & *inæqualia* evaderent mem-

bra, ni justo positu & deligatione *ars naturæ* subveniret: ita etiam nulla *exfoliatio*, *spinarum* infixarum nulla remo-
 tio per *suppurationem*, nulla restitutio post *lithotomiam*,
 post *berniotomiam*, post *paracentesin*, nulla reparatio
 post variam *incisionem*, *exsectionem* & *amputationem*,
 nulla *obfirmatio* legitima partis, post *repositionem* &c. &c.
 contingere, ni omnia hæc natura *rationalis* perficeret, ut
 adeo *ars naturæ* & *natura arti suppetias* ferat, aliquan-
 do vero *sola* *natura sine artis concursu medelam* affe-
 rat; de reliquo facile demonstrari posset, quod ejusmo-
 di restitutions, quæ in talibus, *artificiose* *præstitis*, ne-
 gotiis adhuc necessariæ sunt, neque *corpus læsum*, neque
extraneum remedium, (quod nullum *strictum* positivum
 jus in *corpus* habet, neque etiam *motus salutares* efficere &
 in *læso* corpore excitare potest,) *præstare* queant; ast quo-
 niam hæc demonstratio ex *præcedentibus* facile inclaret,
 ita ad eadem brevitati studentes provocamus: Exinde ve-
 ro iterum illucescit, *quantam potentiam* habeat *anima ra-*
tionalis in *chirurgia*: imo facile liquet, quam *curta* & *mi-*
sera, imo *omni ope*, *consilio*, *fiducia*, *virtute*, *bonore* & *spe*
destituta esset *Chirurgia*, ni *bujus processus eadem anima*
ad salutarem finem perduceret: Paucis multa diximus, quæ
sana mens capere potest: *præjudiciis* enim non nisi *sua sa-*
piunt, quæ antiquas & toties *enervatas* oblocutiones sem-
 per ogganiunt.

§. XVI.

Quando itaque *causæ* morborum, in corpore obviæ,
 non otiosæ, sed *efficaces* & *physica* sua vi *operosæ* sunt,
 quæ *vario modo* *partes corporis*, quas occuparunt, *affi-*
ciant, nulla sane esset in partibus *reactio*, ni in iisdem *of-*
fensiō

fēnsio illata in genere percipiatur & deinde seorsim gradus
 illius alterationis sentiatur, quoniam in corpus insensile
 nulla hoc respectu aestimanda & dijudicanda, cadit læsio,
 ut eidem medela inveniatur, applicetur & opponatur, imo
 quoniam ignoti nulla cupido est; quamobrem alteratio-
 nes, causam morbi excipientes, aut ab hac causa, aut ex par-
 te propter hanc sunt: loquimur vero de illis alterationi-
 bus, quae ad sanationem spontaneam, quae naturae adscri-
 bitur, spectant & cum hac in formalis respectu cohærent:
 si a causa morbi proveniunt, tunc absolute in corpore
 humano necesse est, ut partes, quas afficiunt, sint sensi-
 biles, quod sint tales, nullus dubitat, eapropter vero
 nulla sanā ratione affirmari potest, quod sensatio illa ma-
 teriæ propria sit facultas, sed quod rectius a causa ratio-
 nali, perceptionis capaci, dependeat; si itaque causa mor-
 bi afficit causam Sentientem, cui interest, quo corpus sal-
 vum & sanum sit, hinc majori jure, solidiori fundamento
 & sobria magis ratione concluditur, quod illi motus, qui
 hanc offensionem excipiunt & ad causæ morbificæ subju-
 gationem & eliminationem tendunt, ab eadem causa ratio-
 nali deducendi sint, quia haec a causa morbi in corpore,
 quod in hoc mundano systemate sine anima rationali, nul-
 lius eminentis & positivi usus est & sine quo anima in hoc
 mundo parum valet, molestè afficitur & si causa morbifica
 nude physica efficacia corpus illud afficeret, facile hoc simul
 destrueret & pessundaret, unde per sanam & sobriam ra-
 tionem huic animæ interest, quo afflito suo corpori con-
 tra imminens damnum & periculum subveniat, quoniam
 neque causa morbi, neque corpus afflictum in tali necessi-
 tate sua virtute se salvare & curare potest. Hanc virtu-

tem medicatricem anima hominis non aliis motibus perficit, quam consuetis, quibus secundum ordinem Dei a prima creatione corpus suum instruxit & in ordinario ac naturali statu illud conservat, aut præservat: siquidem *Vita* & *Sanitas* non nisi processus medicus est, quo indies variæ causæ naturales, ex aëre, cibo & potu, motu & quiete provenientes & diverso modo & gradu corpori inimicæ, ita tractantur, invertuntur, præparantur, sequestrantur & denique evacuantur, ut posthac corpori valde fragili & corruptibili nulla injuria aut *læsio* accidat, sed illud potius *sanum* & *integrum* persistat; sicut hoc thema hancque veritatem *Illustr. Dn. D. Stablius in disp. de Therapia sani corporis* fusius & solidius pertractavit & confirmavit: quemadmodum itaque Natura in ordinaria œconomia vitali motu tonico fibrarum, motu progressivo humorum, organis se- & excretoriis, functionibus depuratoriis, heterogeneas & impuras materias abstergoriis, actualibus, secretionibus, congruis & sufficientibus excretionibus, convenienti utilium & necessariarum substancialiarum retentione & ad sanguificationem & nutritionem applicatione corpori suo corruptibili tam exacta modificatione & directione succurrat, ut hoc per multos sæpe annos conservetur, quod tamen quoad *materiales* suas qualitates indies in mortiferam destructionem inclinat, ita eadem natura in hoc officio, morbos sponte curante, iisdem motibus, organis & effectibus utitur, modo pro causarum circumstantia peculiari & extraordinaria, etiam in morbis extraordinariæ, haud vero tumultuariæ & confusæ, illorum applicaciones & modifications observentur, quæ illis respectibus quadrant: unde jam quoad *fundamenta principaliora* inclare-

clarescit, quod hæc *natura* non modo *salutarium* morborum sit effectrix (de qua consideratione actum fuit in *D. D. Præsidis disp. de Morborum salubritate*) sed & quod *perniciosorum* & communi sensu dictorum, *morborum medicatrix* sit; id quod hoc themate jam sufficienter demonstravimus, insuperque nostram mentem de hac consideratione exposuimus, nemini illam *obtrudentes*, sed *æquum* judicium expectantes: paucis indicavimus quid *sane rationi* magis aut minus conveniat: directe aliorum opiniones invadere & refellere minime constituimus, unde cum *Hieronymo Tom. I. opp. f. 6.* eloquimur: *nullum læsimus: nullius nomen nostra scriptura designatum est; qui nobis irasci voluerit, prius ipse de se, quod talis sit, confitebitur: addimus verba Hevelii sub initium Lib. VII. Cometogr. p. 353. Si tu, Benigne Lector, vel alius quis, veriorem sententiam, per quam phænomena rectius & faciliter explicari & enodari possint mundo exponere volueris, id Tibi non solum integrum erit, sed istam ipsem, crede, suo tempore ambabus amplectar manibus.* Quam ob rem præsentem arduam disquisitionem, cum devota gratiarum actione, divinæ bonitati præstita, quod hunc laborem almo suo nutu & benedictione! prosequi voluerit, pio voto obsignamus, quo hæc tractatio in vicina Medica multam frugem ferat, ejusque utilitatem & veritatem semper in foro Medico salutaris, ut ha-
 ctenus contigit, ita impostorum
 comitetur

F I N I S.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000